



AUTRE MOTET POUR LE SOIR.

P A R L E M E M E.

BENEDICTUS Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælum : & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea, & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus.

Protector meus, & in ipso speravi: qui subdit populum meum sub me.

Domine, quid est homo quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?

Homo vanitati similis factus est: dies ejus sicut umbra prætereunt.

Domine, inclina cœlos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt.

Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis: de manu filiorum alienorum.

Quorum os locutum est vanitatem : & dextera eorum , dextera iniquitatis,

Deus , canticum novum cantabo tibi : in psalterio , decachordo psallam tibi.

Erue me , Domine , de manu filiorum alienorum , quorum locutum est vanitatem : & dextera eorum , dextera iniquitatis.

Quorum filii sicut novellæ plantationes : in juventute sua.

Filiæ eorum compositæ : circumornatæ ut similitudo templi.

Beatum dixerunt populum , cui hæc sunt : beatus populus , cuius Dominus Deus ejus.

Après la Bénédiction , *Domine salvum fac Regem.*

A TOULOUSE , de l'Imprimerie de D. DESCLASSAN , Maître-ès-Arts , Imprimeur de l'Académie Royale des Sciences . 1783